Ill.mo ac R.mo D. D. D. Francisco de Aguiar, et Seyxas Mexicanae Ecclesiae Dignissimo Archiepiscopo Regioque Conciliario

Frater Dominicus de Sousa in sacra Theologia Magister necnon huius provinciae sancti Iacobi de Mexico humilis Prior Provincialis salutem in Domino

Cum iuxta statuta nostrae Religionis ex officio incumbat Prioribus Provincialibus fratres sibi subditos Ill.mis Episcopis presentare ad sacros ordines suscipiendos: ideo supplex (quam submisso animo possum) vestram Ill.mam Dominationem obtestor, et oro, ut fratrem nostrum fratrem Franciscum del Urena subdiaconum, ad sacrosanctum Diaconatus ordinem habeat tanquam lexitime presentatum, moribus, ac scientia approvatum: cum praemisso, rigorosoque examine sufficiens extitat, quo beneficio inclinati, magis, ac magis exorabimus divinam clementiam, ut vestram Ill.mam Dominationem tueatur, et augeat. Datis in hoc nostro imperiali Conventu manu propria subscriptis, et officii nostri munitis sigillo; Die 31 mensis Maii anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo

Fr. Dominicus de Sousa
Mag.r Prior Prov.l

De mandato R. Admodum P. N. M. Prioris Prov.l

Frater Josephus Gonçalez
Secret. et Socius